



1623.

1. Bochorithius, Petrus: De utilitate et praecipuis effectibus possessionis
2. Gumpelshainer, Georgius: De senatu imperii Austro.
3. Kerschberger, Georgius: De foro competente.
4. Locamerus, Georgius David: De pignore et actione pignoratitia
5. Locamerus, Georgius David: De deposito.
6. Locamerus, Georgius David: De commodato et ejus actione
7. Locamerus, Georgius David: De defensione necessaria
8. Locamerus, Georgius David: De poenis
9. Schaefferus, Antonius: De reservatis Caesareis
10. Steinrich, Francus: De juribus civitatum
11. Zetschius, Elias: De jure monetae

1624.

1. Benzegeus, Matthias: De urbi constitutione et ejus partibus



1624

1. Kritobius, Cosmas : De thesauris
2. Bruner, Balthasar : Centuria proliorum Centones  
Jurum ex Dig. et consuet. feudales de proposita
3. Flach, Hyginus : De turbatione possessionis, qual  
fit per pignorationem
4. Hübner, Joannes : Summa in materia questionum feudales
5. Lehmann, Ulrich : De restitutionibus in integrum
6. Locamerus, Georgius David : De testamentis
7. Locamerus, Georgius David : De usufructu
8. Putschius, Emanuel : De jurisdictione
9. Semer, Gregorius : De renunciatione hereditatis ex l.  
pactum dotati 5. C. de collat. juncto cap. quatuor de pactis.  
in textu decretalium

1625

1. Berneggerus, Mathias : De boni principis qualita  
tibus, virtutibus et officio.



1625

2. Heydorn, Johannes: De exceptionibus declinatoriis et dilatoriis
3. Locamerus, Georgius David: De pignoriis et hypotheccis
4. Locamerus, Georgius David: De jure quarundam personarum precipue controverso
5. Neuhaus, Antonius Guentherus: De jure negotiorum sive retractus.

1626

1. Meneggerus, Matthias: De natura et statu reipublicae. De individuis
2. Bitschius, Casparus: De individuis
3. Bitschius, Casparus: Quaestiones aliquot iuridicae.
4. Bitschius, Casparus: De servitutibus personalibus.
5. Cluten, Joachimus: Πρωτάριον I distribarum canonicarum de jure canonici libris.
6. Flach, Sigismundus: De impensis in rem alienam factis, et quatenus possessor eas consequi possit?



1626.

7. Flach, Sigismundus : De testamentis
8. Flach, Sigismundus : De furto et rapina et actionibus  
inde descendentes.
9. Flach, Sigismundus : De codicillis.
10. Greiner, Melchior : De coactionibus
11. Heiny, Johann Michael : De subjectione et libertate  
civitatum Imperialis.
12. Knipschildt, Philippus : De fideicommissis fidei-  
licie conservandae causa relictis
13. Knipschildt, Philippus : De contractuum dissolutione
14. Locamerus, Georgius David : De nuptiis
15. Locamerus, Georgius David : De antichresi.
16. Locamerus, Georgius David : De causis actionum, quae  
tenus esse cum ex modis adquirendi, tum ex obligatio-  
nibus dependent.
17. Locamerus, Georgius David : Positionum miscellanearum  
juridicarum de iurisdictione



1626

18. Lincanus, Georgius David: De possessione.
19. Lincanus, Georgius David: Theses juridicae
20. Schrickel, Johannes: Disputatio juridica  
ad rubricam Cij: nihil inmovari appellatione  
interposita























DISPUTATIO INAUGURALIS

346

DE UTILITATE

ET PRÆCIPUIS EF-

FECTIBUS POSSES-

SIONIS,

PRÆMI,

Divina favente gratia,

AUTORITATE ET DE-

CRETO AMPLISSIMI IURE CON-

SULTORUM UNIVERSITATIS INCLITAE AR-

gentoratensis Liber-

alis.

Pro

SUMMIS IN UTROQUE IURE INSL-

ITRUM, PRIVILEGIIS ET IMMUNITATIBUS

Doctoribus solemniter confe-

rendis.

*In auditorio majori, Mense Februario, 1623.*



ARGENTORATI

Excudebat PARISIUS LIBERUS

ANNO M. DC. XXIII









12155

N<sup>o</sup> 59 ~~157~~

255

POSITIONES ALIQVOT

De

SENATV IMP-  
PERII AULICO,

QV<sup>AS</sup>

7623, 2.

PRAESIDE SVMMO DEO,

MAGNIFICI ET AMPLIS-

SIMI ICTORVM ORDINIS IN CELE-

berrima Argentoratensium Academia

permiffu,

PRO DOCTORALI IVRIVM GRADV

obtinendo,

Publicè tuebitur 10. Iulii,

GEORGIVS GVMPELZHAIMER

R. à C.

1056



ARGENTORATI.

Excudebat PAVLVS LEDERTZ.

Anno M. DC. XXIII.







POSITIO I.

**F**lorescente olim suavissimâ Imperii nostri  
harmoniâ, feliciori q; Ordinum unanimitate;  
(a) Et antequâ sua posuere cubilia, mali pacis  
& diuturnitatis custodes metus & diffidentia:  
(b) Antequâ variæ religionû partialitates in cõtraria stu-  
dia & cõsilia humanas mētes rapuere: (c) Statuû divulsio-  
nes, suspiciones & inimicitia grandire, rerum omnium  
pretia augmentari cœpere: maximè verò antequam no-  
strates tam prægrandi pompâ & numerofo famulatio  
comparuere; rarò Principum & Statuum præsentia ca-  
ruit Aula Imperialis, sed eorum consortio & ministerio  
ferè semper gavisâ ad imitationem claruit.

(a) Hanc quantò difficilius custodiunt Imperia, secundum  
*Diacon. lib. 11. hist. in Constantino*, tantò magis de ea plantanda labo-  
rabimus, Cæsareo Caroli IV. monitu, graphicè unanimatis fru-  
ctus 3. A. B. cap. describentis: Decor & gloria sacrosancti Roma-  
ni Imperii & honor Cæsareus & Reip. grata compendia venerabi-  
lium & Illustrium Principum Electorum *concordi voluntate* foven-  
tur, qui velut columnæ proceres sacrum ædificium circumspectæ  
prudentiæ solerti pietate sustentant, quorum præsidio dextra Im-  
perialis potentiæ roboratur, & quantò *mutui favoris* ampliori be-  
nignitate stringuntur, tantò uberioris pacis & tranquillitatis com-  
moda feliciter profluunt populo Christiano. Imò totius Orbis re-  
gularitas in Imperii concordia requiescit, ut loquitur *Heinricus  
Imperator in extravag. quomodo in les. maj. crim. proced.* quæ *Paschalis  
in legat. c. 53.* dives radix dicitur, altrix otii, seminarium bonorum  
civium, seges civitatû & illud bonû, sine quo nemo novit sua bona.  
(b) Ea enim est metuentium & diffidentium natura, ut vereantur  
omnia, imaginentur omnia, eaq; sibi maximè, quæ maximè abo-  
minantur, fingant, *Plinius lib. 6. epist. 4.* Hæc utinam de Imperio no-  
stro dicere non possemus! sed quanta Procerum est, ut lenissimè  
loqua-



loquamur, (*inquit Warem. de Erenb. lib. 1. in meditam. pro fœderib. cap. 2. n. 51.*) diffidentia inter se? eaq; crescit & augetur indies, prohdolor! aded, ut terrorem afferat prudentioribus, ac interitus conjecturam sapientioribus, ac spem piis appropinquantis mundi finis. Vnde non immeritò de ea passim Imperatores in publicis editis seu literis denunciatoriis, Cæsareis propositionibus, rescriptis & recessibus conqueruntur: cùm sit Ordinum venenum, præcursor ruinae & omnia opportuna insidiantibus faciens. *Liv. lib. 3. hist. Rom. (c) quod publicis Imperii testimoniis clarescit, ut Recess. August. ann. 1525. §. Wir haben auch &c. Spirensi Ann. 26. §. Vnd erstlich &c. August. Ann. 30. in pr. Ratisbon. Ann. 32. §. Ferner haben wir &c. Et ann. 41. §. Dieweil wir nuhn bey vns &c. Spirens. ann. 42. §. Vnd damit die zeit &c. & ann. 44. §. nach dem wir vns in dieser &c. & seqq. August. ann. 48. §. Vnd nach dem wir vns mit &c. & ann. 51. §. Dieweil sich dann vnwidersprechlich &c. Et anno 55. §. In solcher fürgezogener berahrschlagung &c.*

2. Definiisse enim Imperatores nostros pleraq; Imperii negotia non nisi communicato cum Statibus quibusdam consilio, penè infinitis ejus ætatis rescriptis Imperialibus docemur, iis præsertim, quæ longo attestantium & diligenti præsentium Principum & Statuum catalogo superbiunt.

Cujusmodi literas me legisse memini datas *Argentinae XIII. Kal. Febr. unicæ incarnat. millesimo CXXVIII. Indictione VII. Anno verò Regni Domini Lotharij III. Regis Roman. Dei gratia invictissimi, quas numerosa PP. series claudit.*

3. Et non modò Imperatores harmonicum membrorum cum Capite consensum, tam patriæ quàm exteris, talibus demonstrare clausulis satagerunt: Verum ipsi quoq; Status ingentem exinde gloriam captantes in concessionibus suis præsentium Procerum mentionem fieri vel ob eam maluerunt causam, quò minus sub & obreptitiè impetratas, sed præviâ tanto majori deliberatione obtentas suspicaretur posteritas.



225  
Nobile exemplum habemus in antiquissima & perillustri  
*Würtembergiacorum* Comitum familia, quæ licet Principis titulum  
jam dudum promeruerat, maximè cum Everhardus Comes Wür-  
tenb. tantos sui Comitatus habuerit Consiliarios, ut Reinhardum  
Principem de Urschlingen, Hessonem Marchionem Badensem,  
Duos Episcopos, Præpositum unum, Comites undecim, quatuor  
barones, & septendecim equites; quos omnes recenset *Vir Ampliss.*  
*Dn. Frid. Hortleder Saxonia Ducib. lin. Vin. à Conf. fautor mihi summus,*  
*Tomo I. von Ursachen des teutschen Kriegs lib. 3. cap. I. n. 23.* Ut pro-  
inde necessarium haud fuisse prænominati Comitis erectionem  
Electorum & Principum præsentia corroborare. Nihilominus  
magnum eorum, qui exaltationi *Eberh. Württenb.* anno 1495. 21. Ju-  
lii interfuerunt, numerat catalogum ipsa *Maximiliani I.* constitutio  
seu documentum principalis dignitatis in fine apud eund. *Hortled.*  
*d. c. 3. n. 20.* De *Christierno* Daniae Rege nemo ambigit, dignissimum  
ipsum fuisse, quò inter Imperii Principes locaretur, erat enim na-  
ritate Comes Oldenburgerensis, hæreditate Dux Slesvicensis, ele-  
ctione Rex Daniae, potentia & autoritate maximus Princeps.  
Postquam autem *Fridericus III.* Rom. Imp. excelsa ejus merita &  
in sacrum Rom. Imperium officia affectumq; optimum conside-  
raret, non in absentia Procerum, iisque inconsultis dictum *Christi-*  
*ernum* Holsatiae Ducem salutavit; verum eidem anno 1474. 14. Feb.  
*Rotenburgi* ad Tiberim publicè & splendidissimè in magno PP.  
confessu omnia Ducalia & Principatum jura, honores, præroga-  
tinas, & eminentias contulit. *Dynasta Hennebergiaci* tam providè  
& prudenter suis præfuerunt ditionibus, ( de *Wilhelmo* enim III.  
Henneberg. Comiti referunt, ipsum quotidie schedulam omnium  
redituum & expensarum in sinu gessisse, quò omnis excessus & de-  
fectus evitaretur, censumq; sumptus ne superarent ) ut cum iis  
laudatissimæ Electorum & PP. familiae matrimonia inierint : pu-  
blicè tamen & solenniter *Heinricus VII.* Imp. *Berchtoldo* ejus fami-  
liae Comiti Principis imposuit titulum. Quò respiciens *Ferdinan-*  
*du* II. Imperator Dominus noster Clementissimus nuperrimo  
conventu, & ita in splendidissimo magnorum Imperii luminum  
consortio Ratisbonæ, perillustres *Dom. Ioh. Vlricum ab Eggenberg,*  
& *Ioh. Georgium de Hohenzollern,* Principali condonare voluit di-  
gnitate



87.

gnitate, ut non modo augustum solium serenitatis munus diffundens ampliori reluceret coronâ, sed ipsi quoq; Principes uberiori splendore refulgerent.

4. Adhæc creditu facile est, ante publicæ pacis tempora Principes & Satus Imperii longè commodius in aulis Imperatorum vixisse.

Nam Germaniâ undiq; bellis cremante vix domi se continere Principes poterant, sed vel ad castra Cæsaris & aliorum confugere, vel iis relictis tanquam asyla repetere, coacti sunt. Unde erroris haud redarguendus ille, qui ex ejus temporis occasione Germaniæ Principes illustres & perpetuos Imperii milites cum *Hottom. consil. 72. n. 41. & c. & aliis.* dixerit, jusq; militare tunc viguisse affirmaverit: Hujus enim opinionem confirmare videntur verba literarum Confraternitatis Saxoniae & Hassiæ Ducum Naumburgi 8. Junii anno 1587. signatarum: vnd soll diß pactum gültig sein/ in der aller beständigsten Form/ maß vnd weiß/ als solches jure publico militari vnd sonst zu recht geschehen kan oder mag.

5. Non tamen propterea, quod Principes & Status majori copia aulam Cæsaream comitantes suo consilio Imperatori tanquam intimi, secretissimi & dignissimi ejus Consilarii adsistere potuerint, ordinarium in aulis Imperatorum cessavit Consilium.

Sed æquè ac hodiè Impp. ex primoribus & nobilioribus Civibus ac Iurisperitis eminentioribus aliquot habuerunt, quorum consilio & judicio res Imperii tractatæ fuere. Omne siquidem Imperium bonorum auxilio, conciliiq; publici auctoritate munendum est, ne legitima ejus potestas in tyrannidè convertatur. *Osor. lib. 8. de Reg. instit.* Et quis rerum omnium tam ignarus, qui nesciat quod malitia hominum, negotiaq; quotidie innovata pro necessitate Reipublicæ pluralitatem magistraruum desiderent? *Gregor. 4. de Rep. c. 5. n. 46.* uniusq; mens tantæ moles capax esse non possit.

6. Id si tum temporis de Imperii judicatum utilitate, jam necessitatis esse statuendum erit, ob rariorem PP. in aula Cæsarea præsentiam, negotiorumq; molem indi-



es aggravescens. Optimo itaq; cōsilio & maximo Imperii commodo duo hodie in Imperio Romano-Germanico aluntur Tribunalia: SENATVS scil. IMPERII AVLICVS, de quo in præsentiarum paucis, & Iudicium Camerae Imperialis, quo de alii.

7. SENATVS (a) IMPERII (b) AVLICVS (c) est collegium (d) Iudicis & Assessorum in aula Cæsarea de causis Imperii (e) iudicans.

(a) Ita hodiè dicitur, *der Reichshofrath*: (b) ad differentiam reliquorum Imperatoris Consiliorum: uti est 1. *Consilium secretum seu sanctius*, quod circa rationem Status versatur. 2. *Camera aulae*, cui Oeconomiae administratio curæ est, & 3. *Consilium bellicum*. Item per vocolam Imperii seponimus dicasterium *Rothvillense*, *das Landgerichte in Schwaben / die Landvogten Hagenaue /* & alia ejusmodi iudicia, quæ certo districtu concluduntur. (c) ad differentiam *Camerae Imperialis*, & *Regimenti Imperij*, anno 1500. à Maximiliano I. Imp. in Comit. Aug. cum consensu Procerum instituti. (d) vel ut alii consilium, regimentum, iudicium, dicasteriam, Consistorium &c. (e) Intellige particularibus, non totius Imperii, de iis enim Imperator cum statibus in Comitibus.

8. Cujus consideranda, Origo, Progressus, Personæ, Jurisdictio & Processus.

9. ORIGINEM suam uti ab ipso Imperii Romani initio traxisse videtur, (a) ita PROGRESSVM usque ad Maximiliani I. tempora solus, (b) postmodum autem cum Camera Imperiali in hunc diem (c) continuavit.

(a) Priscis namq; legibus & historiis novimus, *Augustum* Imperatorem eo nomine in Palatio suo Prætorium ædificasse, in quo Imperator solus sedebat sellâ curuli, quem circumstabant Cōsiliarii. Quod postea generaliter Consilium intimum Cæsaris dicebatur, in quo legatos & quoscunq; se adeuntes admisit & audivit, de causis cognovit, ac consulentibus de Iure respondit, quos stetit præsentem Cæsarem ex *Ambrosii 5. epist. 133.* apparet. Vel Consilium Principis. *l. jurisperitos. 30. de excusat. tut. & curat.* unde Consilarii & Senato-



Senatores, l. 5. C. ad L. Iud. Majestatis. Consistorium. l. 3. Cod. de off. divers. Iudic. Sacrum Consistorium l. 8. C. de LL. Hinc comites, consistoriani. t. t. C. de Comit. consist. Et in specie quidem ejusmodi consilium sub *Alexandro Severo* frequentissimum fuisse meminit *Lamprius*, & *Auth. com. ad edict. Reg. Galliar. anno 50. promulgatum gl. 12. n. 5.* (b) Nihil enim de alio quodam Consilio constat, & mos ille Principum ex consilio consistorii, quod eos quocunq; irent comitari solebat, causas in aula tractandi ac de jure respondendi, non tantum integro Imperii principatu, sed diviso etiam ab Oriente Occidente, ab Imperatoribus Germanicis servatus fuit, ut de *Friederico I.* relatum est à *Radevico lib. 2. c. 5.* Donec Gloriosissimus Imperator *Maximil. I.* temporum rationem secutus anno 1495. in Comitibus Wormati: præter aulam Cæsaream certum adhuc aliud tribunal *Cameram* scil. consilio statuum Imperii instituit, ut Imperator ejusq; senatus molestiarum Iudicialium mole aliquatenus sublevaretur, justitiæq; administratio tantò expeditior & plenior redderetur. (c) quod præter experientiam, articuli 39. 40. & 42. *Capitulationis modernæ* confirmant.

IO. PERSONÆ in senatu aulico versantes, vel *ad ipsum pertinent senatum*, ut: Iudex seu Præses, Director, qui vel summus, ut: IMPERATOR, vel ab eo ex illustri Principum, Comitum & Baronum ordine constitutus, *der Reichshoff Raths Præsident.* Cui substituitur, *der vice Præsident.* ASSESSORES qui & ipsi Iudices *die Reichshoff Râht.* & LITIGANTES, qui sunt STATUS & membra Imperii, & eorum nomine Procuratores, *die Agenten.* Vel *adejus Cancellariam*, ut *Archi-Cancellarius Moguntinus.* Vice-Cancellarius, Secretarii, Registrator, Taxator, Scribæ, Servus seu Bidellus.

Hic de Personis earumq; functionibus, officiis & qualitate tractandum esset, nisi positiones hæc contrahere mallet.

II. JURISDICTIO senatus aulici consistit in omnibus & singulis Iustitiæ causis, solius Imperatoris Iudicium requirentibus: eidemque non modo causarum ad Iurisdictionem



ditionem Cæsaream pertinentium disceptatio, sed & aliorum fermè omnium negotiorum ad Regalem Cæsarem, non autem totius Imperij potestatem spectantiū deliberatio committitur.

Hinc variæ descendunt controversiæ, quarum potissima est, quæ Parthenio litigioso sabathina dicitur, multisque scriptis pro utraq; parte hæctenus editis magna contentione agitata. *Au Senatus aulicus in omnibus & singulis causis cum Camera concurrentem habeat iurisdictionem?* A me non decidendi animo, cum ipsi status inter se nõ convenient, sed exercitii gratia pro concurrentia disputabitur: quia per Camera constitutionem Impp. sibi in iurisdictione Imperii vel in minimo nihil præjudicatum detractumq; voluerūt, neque id quod in Imperatoriæ majestatis favorem atque Imperii emolumentum introductum, in ejus odium & perniciem detorquendum est. *De feudis autem Imperij majoribus, controversiis religionem concernentibus, & alijs momentosis negotijs,* licet Senatus noster cognoscendi potestatem habere videatur, consultius tamen ea Principum & statuum interventu dijudicari putaverim.

12. Restat PROCESSVS, qui senatui aulico ut plurimum est summarius, raro, nisi in gravissimis causis, judiciarius, pro lubitu tamen, cum ad Iuris civilis solennitatis, addo & leges, Imperator non teneatur.

Et hæc paucissima vili filo dicta sufficiant, pleniori materiae propositione in magis vacuum tempus rejectâ.

FINIS.




Strassberg, Diss., 1623-26


X2617020

WDM









*Agf.*  
S ALIQVOT

~~855.~~

T V IM-  
ULICO,

7623, 2.

AS  
VMMO DEO,  
ET AMPLIS-  
RDINIS IN CELE-  
tensium Academia  
iffu,

I IVRIVM GRADV  
endo,

itur 10. Iulii,  
PELZHAIMER  
C.

ORATI.  
LUS LEDERTZ.

C. XXIII.

